σερ præbuit, tertia Indefini·primi. Sicut ἔπωψα ab ὀπάζω præbeo, cum acceßione temporalis augmenti ἐφάνη viſa ſit. Tertia Indefini·ſecun· paßi· à φαίνομαι & abiicitur iota, ut penultima fiat breuis φλόγερον Feruor, æſtus teſte Eſichio Græco.

EPIGRAM. XIIII.

Πᾶσαν ὅμηρος Indicat Epigrāma Mulieres copioſam poëtis materiam ſcribendarū calamitatum olim præbuiſſe, Exemplo Helenæ & Penelopes quæ argumenta magnorū operum miniſtrarunt Homero, totius poëſeos plane fonti ut tradit Fabius. ἔδειξε Oſtendit Indefini·primi ut ἔτυψε à δείκνυμι oſtendo. πόνημα Labor, negotiū, Verbale nomen à πονέω laboro· fit autē à prima præteriti perfecti uocis paßiuæ augmēto abiecto, ut πεπόνημαι πόνημα vide 24.7

EPIGRAM. XV.

ἦν νέος Docemur hoc Epi. Ingrata admodū eſſe beneficia quæ ſunt intēpeſtiua, Quēadmodū, Sera quoq; auxilia nullius fere ſunt momēti, vt meminit Hector apud Euripidē μισῶ φίλοισιν ὕστερον βοηδρομεῖν, Idē ferme accidit iis qui grandeui iam tandem ſentiūt fortunæ benignitatem, cū iamiam ſit migrandū è uita. χρῆσθαι vti Infinitiuus paßiuæ uocis à χράομαι utor Δυνάμην poteram Imperfect·uocis paßi·abiecto augmento ſyllabico poëtico more. εἶχον habebam ab ἔχω habeo, vide uerbi illius augmentum·31·25;

ARGEN. AN. M. D. XXI.